



## GALENI DE SOPHISMATIS IN VERBO CONTINGENTIBVS.

Horatio Limano interprete.

*Sex modis Sophismata in dictione contingere, Aristotelis auctoritate.*

Cap. I



**R**ISTOTELES philosophus, cum in libro de sophistis elenchis, quasi redargutionibus dixeris, cōscriberet nobis, sophismata quot modis in dictione contingant, modos ipsos sex esse ad hunc modum ponit. primum in æquiuocatione, in ambiguitate alterū, tertium in accentu, quartum in compositione, quintum in diuisione, in dictione figura sextum. Sophisma in æquiuocatione uocat, ubi nomina in oratione posita plura significant, ut ue-natus sum canem. plura enim hæc oratio significat uitio uocis eius, canem: Sophisma uero in ambiguitate appellat, cum oratio ipsa ex se tota duplice sensum significat, ut hunc liceret capere me: in qua oratione nihil anceps est ratione nominum, sed oratio ipsa, ut oratio est, sensum in agendo & patiendo confundit. Vt igitur ex accentu dicit, cum culpa accentus, qui nomen in diuersas significationes trahat, dubia oratio efficitur, ut *o<sup>ρ</sup>ε<sup>σ</sup>τη<sup>ς</sup>*, hoc est mons, aut terminus stabat, ipsum enim duplex propter duplē accentum est, in principio propositum aut sublatum. Sophisma uero in compositione & diuisione, cum ipsæ significationis differentiam faciunt, ut *Quinquaginta uirūm centum* ipse reliquit Achilles. differentia enim est uerbo, uirūm, aut composito cum quinquaginta, aut à quinquaginta diuisio. Secundum uero dictione figuram, cum aliud dictio uere significat, aliud uero propter speciem & figuram significare uidetur, ut uerbum, audio: nam passionis est, cum actionis esse uideatur propter prolationem, id est figuram similem ijs, quæ uerborum actionis sunt, ut curro, intelligo. C trahet enim ad utranque partem sophisticus homo: ad passionem, quoniam ita est: ad actionem, quia ita uidetur. His uero sex enumeratis modis, deinceps ostendit nullum esse ab eo prætermissum, neque posse aliquod in uerbo sophisma, extra modos propositos cadere. Verba uero, quibus id ostendit, hæc sunt: Huius rei fides est, & ea, quæ per inductionem fit, & syllogismus, & si alius aliquis sumatur, & quod tot modis, nominibus ijsdem, & orationibus non eandem rem significamus. Ea igitur, quæ de inductione loquitur contextus pars manifesta est. si enim singula in uerbo sophismata percurras, sumasq; nec ullum horum appareat extra prædictos modos cader, perspicuum iam ita est nullum prætermissum esse modum: quod uero sequitur, omnino ob-scurum est, quid uelit: cum dicit, & syllogismus, & si alius aliquis sumatur, & quod tot modis, nominibus ijsdem, & orationibus non eandem rem significamus, siquidem nec, quoniam modo alium aliquem sumamus syllogismum, dictum est: id uero, & quod tot modis, nominibus ijsdem & orationibus non eandem rem significamus, syllogismi conclusioni magis simile est, quam syllogismo: consueta uero est hæc huic philosopho dicendi breuitas, & ueluti per signa exprome-re multa, quia ad hos, qui iam audierant, scriberentur. Qui igitur eum exposuerunt, alij hæc in diligentiam ferre, quod decebat, ne tentarunt quidem: alij non consecuti sunt: nos uero tente-mus non Aristotelis causa, neque ut orationi eius opem feramus, sed causa nostra. philosophi e-nim est non solum sumptis propositionibus ratiocinari, ut multorum mos est, sed etiam conclu-sione posita propositiones ipsas construere.

*Penes ipsum duplex omnia in dictione sophismata accidere.*

Cap. II

**Q**uoniam uero monstrare propositum est tot modis in uerbo sophismata fieri, quæ penes ip- sum duplex sunt, quot modis Aristoteles dixit, patet duo hæc à nobis demonstranda esse, alterum omnia in uerbo sophismata penes ipsum duplex esse: alterum tot esse numero penes ip-sum duplex. perspicuumq; illud omnibus est, omnia in uerbo sophismata ex uitio huius contin-gere necesse esse: hoc enim tanquam principium sequentes sophistæ capiunt imperitiores in ea re homines, neque uitij consciens: si uero recte uolumus, quot in uerbo sophismata contingunt, accipere, quot uitia sunt, sumendum est: quod cognoueris, si uirtutem sumas unicam esse, aut plu-res. error enim à uirtute esse uitium uidetur. qua recte cognita, statim hoc quoque cognoscitur. Quoniam uero, ut alibi demonstratum est, ipsum bonum uirtusq; in eo est, ad quod nata aut fa-fcta res est, ut hominis in uiuendo, gladij in scindendo, i.e. circa ad quod nata, aut facta est dictio, su-mendum est: manifestum uero est ad unum hoc, ut significet. patet igitur in hoc & bonum & ui-lagogici,

b tium

## GAL. DE SOPHISMATIS

14

tium esse. patet quoque solam è uirtutibus hanc in dictio esse per se: reliquas uero per accidens, E  
 extrinsecusq; esse, nec rei ipsius, ut congritas & apta literatio. hæ enim, & si quibusdam se bona  
 ostendant, non tamen se secundum rem habent. sed perinde, ac si ensis manubrio eburneo sit, aut  
 fucatus oculus: hæc etenim his extrinseca sunt. quæ uero sunt per se, ea in scindendo, & in cernen-  
 do sunt. Si igitur uniuscuiusq; rei uirtus in eo est, ad quod nata res, aut facta est, hinc uirtutum nu-  
 meri inuentio patet, quot ipse sint. si enim ad multa res genita sit, plures illæ sunt: si ad unum, una  
 uirtus est. apparet sane dictio ad unum nata, hoc est ad significandum. Si igitur bonum ipsum in  
 hoc positum est, hoc ipsum non significare, aut non recte significare, uitium erit. nam consideran-  
 dum uidetur, an, quæ non significat, ea dictio statuenda sit: non enim tibicen is est, qui tibia non  
 aptus est ullo modo canere, nec malus igitur tibicen est. sic nec dictio est, quæ non est ad signifi-  
 candum apta, quare nec uitium dictionis erit non significatio. hoc uero protinus signum est so-  
 lam eam, quæ nunc à nobis dicta est, uirtutem esse dictionis per se: in quo enim unaquæq; res esse  
 habet, in hoc ipsa uirtus est. dictio habet in significando esse, eoq; corrupto neque dictio est. igi-  
 tur in hoc ipso uirtus est. quare hæc unà cum significatione deperditur, reliquæ uero propterea,  
 quòd non secundum rem ipsam sunt, nō impediuntur circa hanc esse, quæ non significat, ut con-  
 gruitas, & apta literatio. Has ob res, quæ linguae barbaræ sunt, earum alteram meliorem altera di- F  
 cimus, ut persicam æthiopica, quanquam nihil nobis significantem: causa uero est, quia potius  
 uox est, quam dictio. sed, & si uitium uideatur non significatio, cum propter similitudinem nomi-  
 nis decipiāmur, patet non propter hoc uitium sophisma contingere. quis enim est, qui consenti-  
 at, aut quis est, qui proponat dictionē significatione priuatam, & ignorat? Restat igitur, ut pro-  
 pterea contingat sophisma, quia non recta significatio sit: hæc uero talis est, quia duplex. in hoc  
 enim solo dictio habet quidem, quòd significet, uerum non recte. canis enim nomen aliquid si-  
 gnificat, non tamen hoc aliquid, necq; diffinitum quidquam, quod erat recte significare. Illud ue-  
 ro recte à Platone dicitur, quæcunq; proprio uitio corrupta sunt, horum omnium dictionem cor-  
 rumpi: dicit enim in obscuram significationem quodam modo, sed non simpliciter, ut ea faciūt,  
 quæ nihil significant: obscura uero significatio prius dicta est perfecta esse dictionis corruptio.  
 quapropter solum uitium est ipsum duplex. nisi quis ea quoq; uitia putet, defecatum, longitudine,  
 superfluitatem dicēdi. latere autem hunc arbitror deceptum, & ignarum, nullum horum esse sim-  
 pliciter dictionis malum, nisi obscuritatem, aut duplicitatem efficiat: si uero solum hoc dictionis  
 uitium est, & recte supra dictum est omnia, quæ in uerbo sophismata sunt, ex eius uitio fieri, pro-  
 pter ipsum duplex erunt omnia, quæ in uerbo sophismata contingunt.

Ipsum duplex sex tantum modis in dictione fieri. Quid sit oratio.

Cap. III

G

**P**ost uero demonstrandum est, propter quid tot modis ipsum duplex accidat, quot Aristote-  
 les scribit: id uero si uere inueniri debet, sumendum prius est, quid sit oratio, & ex orationi  
 bus orationem esse. etenim & ipsæ propositiones orationes sunt: harū alicui, aut aliquibus quæ-  
 rimus ipsum duplex. Oratio sane erit, quod in præsentí dicere sat est, nominum compositio: uo-  
 co uero nomina, & si uerba sint, significantq; utcunq; aliquid, propterea, quòd sic notius uocabu-  
 lum est. necesse est ipsum duplex aut in aliquo horum nominum esse, aut in oratione ipsa: non e-  
 nem habemus, quomodo tertium aliquid constituantur: quemadmodum neq; in lapidibus præter  
 aut singulos seorsum, aut illorum simul compositionem, eamq; aut actu, aut potentia, aut appa-  
 rentia, nihil aliquis excogitare potest: præter hæc enim nihil est, quod esse aut dici quispiam inue-  
 nit, ut alibi demonstratum est. Omnia uero hæc comprehendentes modi prædicti habent. Ip-  
 sum enim actu duplex modus habet, & qui secundum æquiuocationem est, & qui secundum am-  
 biguitatem: sed in nomine duplicitatem is habet, qui secundum æquiuocationem est: in ora-  
 tione, qui secundum ambiguitatem: actu uero esse dicuntur, quoniam re uera res duas significat.  
 Potentia uero, cum accentu duplices fiunt, compositione & diuisione: hi enim non plura signi- H  
 ficant, sed prorsus unum: propterea uero, quòd ad utruncq; uerti licet, duplices dicuntur. quare hos  
 potentia dicimus: tale enim est hoc ipsum potentia esse. Id ipsum uero rursus ( ut supra quoq; di-  
 uisum est) uel in nominibus, uel in oratione est: in nominibus accentus duplicitatem efficit: tra-  
 hit enim ad utrancq; partem nomen accentus, ut in oratione hac, ὁ εἰς τὴν, hoc est mons uel ter-  
 minus stabat, accentus aspiratus facit, in principio cum aut ponitur, aut abest. In oratione uero  
 compositio & diuisione duplicitatem facit: in compositis quoq; nominibus eandem facere potest,  
 quia orationi similia sunt, ut in nomine Neapolis, & οὐλος καγκελος, id est probus, mutaret ea quis  
 loco simpliciū non in nomen (hoc enim solus accentus facit) sed in orationē, ut in hac uoce οὐλη  
 της, id est tibicina, sicut rursus & ipsam orationem in nomen componeret, ut in proposito nomi-  
 ne est. uidebitur autem nihilo minus absurdum fortassis id, quòd propter accentum compositio-  
 nemq; & diuisionem sophismata contingere dicamus: siquidem hæc propter ipsum duplex ( ut  
 supra dictum est) contingunt. accentus uero & que eius generis sunt, ipsum duplex ijs, quæ facul-  
 tate duplicitia sunt, eripiunt: etenim, ut hæc alterum significant, efficiunt. sed tamen nihilo minus  
 uere dicuntur propter hæc sophismata contingere, quia enim oratio per eadem hæc ipsum duplex  
 accipit,

**A**ccipit, alterum in principio sophistæ sumunt: alterum concludunt, orationem per ea ipsa mutantes: (prorsus enim non aliter sophisma contingeret) ratiocinantes uero tanquam idem accipientes, quale est, unum quid rationale nomen est: proprium hominis est ipsum rationale: igitur unū proprium hominis est, præterea si ὁρθός, hoc est terminus, hic stabat, is, qui agros separat: ὁρθός autem, hoc est mons, hic non stabat: sed neminem lateret id, quod sic adulterinum est, uerum ubiq̄ etiam ad minimum ut apta oratio sit, sophistæ student nam & in ijs, quæ actu duplia sunt, hi illud idem faciunt, ut aliud sumentes, aliud cōcludentes ratiocinentur. sed ibi obscurius, quoniam quicquid significet sermo, ipsi sibi consentiat: hic uero manifeste, quare suis nominibus & orationibus Aristoteles dixit. etenim ijs sophistæ sunt, qui speciem uiolant. cum iam habeamus id ipsum quod actu dicitur, itemq; quod potentia: quod teliquum est, ad apparentiam attinet, quæ secundum figuram dictionis est, ut est supra dictum. ostenditur enim ipsum nomen, similiterq; oratio, non aliud duplex adeo habere, nec in singulis, quæ prædicta sunt, adeo quis exempla ex Eudem, ex alijs uē caperet. Cum igitur iam collectos modos omnes habeamus, quibus duplex ipsum fieri possit, habemus omnia in dictione contingentia sophismata. hæc enim penes ipsum duplex sunt. sequitur uero id quod tot modis nominibus ipsis & orationibus, non eandem rem significa  
**B**mus: nam aut actu, aut potentia, aut apparentia id facimus. manifestum uero est & syllogismi modū, modo habita diuisio sit, fieri posse, utruuis quis eligat, aut è directo, aut ad impossibile ducentem: si enim possibile est alium haberi in modum, is erit neq; in nomine, neq; in oratione, neq; actu, neq; potentia, neq; apparentia. præter hæc autem nihil sermo ostendit. secundū igitur ipsum diffīnitum sit in hunc modum. quod uero non ex eius diuisione inuenimus, (non enim ad Aristotelis gratiam nunc scribimus, sed omnia hæc methodo scripta sunt) perspicuum est, nam aut in nomine, aut in oratione ipsum duplex esse oportere aperte ipse dixit, cum scribit, quod ipsis nominib. & orationibus. ipsum uero actu esse, aut potentia, aut apparentia notum ex ipso ordine est. scripta igitur separatis sunt in singulis generibus, quæ eiusdem sunt generis, primaq; quæ ad actum attinent: secunda, quæ ad potentiam: tertio loco, quæ ad apparentiam, ut decuit: aut cur hæc non fuere confusa: sed fortasse ridiculum est his fidem aliam afferre conari, quam eam, quæ a re deducitur. etenim si sic se habet, ut Ars, qualis Medicina est, artisq; sunt, diuisionem ullam fortuito aut casu factam non reciperent. sed de his sati hæc in præsenti sint.

Ambiguitatis, &amp; reliquorum sophismatum modi.

Cap. IIII

**C**lētum quoq; à Stoicis aliquid est de partitionis dignitate, nosse, si quis modus extra propo-sitos cadat, tentantibus. erit enim inductio fides hæc. Et alias æquum est nullam probatorū uirorum opinionem obiter ponere: ambiguitatis igitur definitio quanquam cum multis nostris pugnare uidetur, in præsentia tamē præteribimus: de his enim cōsiderare alterius negotij est. quæ uero ambiguities dicuntur, harum differentiæ sumenda sunt. Sunt quidē apud grauiores uiros numero octo. Vna est, quam cōmunem ei, quod dictum est, et diuisibili nominat, qualis est, quæ ἀλητρίς, id est tibicina, nominis est, atq; eius, quod dictū est. Altera, quæ in simplicibus est, ut uiri lis: aut enim tunica, aut homo. Tertia uero ad ipsam in cōpositis æquiuationem attinet, ut homo est. ambiguus enim sermo est, utrum substantiam, an casum esse significat. Quarta ex defectu est, ut tui est. deest enim quod ad medium locum attinet, ut dñi, aut patris. Quinta ex superabundantia, quale est, ei, ut non nauigaret, denegauit. adiecta enim ea negatio, non, ambiguam orationem facit, utrum nauigare negauit, an non nauigare. Sextam esse dicunt eam, quæ haud notum facit, quæ cum qua significatione carens pars, ordinata sit, ut illud est, & nunc & nō appulit: pars enim ea, non, disiunctiva esse potest. Septima est, quæ ignotum reliquit, quæ cum qua significationi pars cōstructa sit, quale est, Quinquaginta uirū centum ipse reliquit Achilles. Octaua est,  
**D** quæ non declarat, quid ad quid referatur, quale est, Dion Theon est: incertum enim est, utrum ad utriusq; existentiam uerbum, est, referatur, an ad id, ut Dion sit Theon: aut contra. Hi sunt à grauioribus uiris numerati modi. quicunque uero non obiter, quæ supra dicta sunt, audiuit, manifestum est ei, eos omnes in hos cadere modos, qui à nobis numerati sunt: carereq; methodo & arte perspicuum est. neq; enim ex ijs, quæ dicta sunt, demonstrationem quis caperet, ut nullus aliis modus ambiguus constitui possit. in connexisq; æquiuationem contingere dicere, hominis est nomen non audientis. non ineptum uero est generalibus differentijs speciales enumerare, ut ea, quæ ad diuisionem attinet, per partem significatione parentem, & per significantem diuidatur. sic enim quis speciales differentias plures acciperet. quin etiam ad hunc modum quis æquiuationis differentias speciales dictas plures faceret, quia ille secundum id, quod à fortuna: hæ uero secundum analogiam, aut similitudinem, aut aliud aliquem modum constituantur. quin & æquiuationis eius, quam ipsis in oratione dicunt, plures modi casibus similibus appositis fiunt, quale illud est, futurum est Socratem uincere. cæteri uero modi minores sunt. Id uero dubitatione dignum est, quo modo, quæ ad apparentiam attinent, duplia sunt: magisq; quomodo, quæ ad accentum. qui enim secundum compositionem duplex ponunt, quo modo non secundum accentum: ut illa per continuationem totius & per silentium ad ipsum duplex trahi potest, sic ip-  
Isagogici.

b 2 sum

## GAL. ASRIPTVS LIBER

16

sum nomen per accentum. quemadmodum orationis extrinsecum, inane tempus cū sit, nec eius pars, ea m tamen facere duplē potest, sic accētus quoq; Sophistæ ut eo, sic hoc ad contentiones utuntur. & quis secum cogitans, quemadmodum secundum compositionem & diuisionem contendunt, sic secundum etiam accentum idem fieri posse cognoscet. Manifestum uero in scriptis orationibus est, cum non adiecta sunt diuidentia puncta. ut enim his eagent ad diuisionem, sic accentu quoq; non semper tamen, & propter hunc duplex oratio fuerit,



## G A L E N O A S C R I P T V S L I B E R

Q V O D Q U A L I T A T E S I N C O R P O R E A E S I N T .

F

Horatio Limano interprete. Nunc diligentius emendatus.

### A R G V M E N T V M L I B R I .

*Qualitates, reliquaq; accidentia perperam à Stoicis corpora appellari.* Cap. I



V M nihil è rebus meis ignotum tibi uelim, ne si id quidem minimum esse uideatur (hoc ipsum enim abscondere aliquid amico, nō minimum est) exponere tibi uolo disputationem mihi cum quodam ea, qua licuit, diligentia habitam sermo enim, qui ex improviso habetur, diligentia caret, præsertim si, cum quibus is habetur, ijs ambitiosi contentiosiç sint. Erat uero de qualitatibus sermo, deç accidentibus omnibus, quæ Stoicorum iuniores esse corpora dicunt. Aduersus quos dicere hæc oportet, an non cum quispiam corpus dicit, statim intelligere nos euénit, triplici contentam spatio substantiam renitentem: si solum hoc dicat triplici contentam spatio substantiam renitentem: si solum hoc dicat triplici contentam spatio, non erit, ut corpus magis intelligamus id, quod dicitur, quam uacuum & locum. oportet uero diffinitiones ipsas & descriptiones logicasç declarationes quorundam esse, & earum solum rerum declaratiuas, quas declarare uolumus, non cum alijs rebus communes: quandoquidem non de communib; rationem reddimus. patet uero hoc esse commune, quod triplici spatio contentum dico, corporis, uacuiç & loci. id Stoicos fateri necesse est, utpote qui uacuum ipsum in tractatu rerum naturæ reliquerunt: quamuis id in mundo esse negant: cæteros uero philosophos intelligere id omnino necesse est. quo modo enim uacui natura negarent, nisi ipsum uniuersum unum intelligerent: si uero intelligunt, non aliud quicquam intelligere dicent (si uerum fateri uolunt omnes) corpus. quemadmodum non sine tempore patet, nec id sine loco, & hoc ipso quoq; triplici contento spatio, ut in se ipsum rem triplici contentam spatio suscipiat. eius rei testis est sensibilium unumquodç corporum. quod enim uerbí gratia, cibitali longitudine corpus est, palmumç latitudine æquat, altitudine uero digitos quatuor, loco æget, qui ipsum capiat, sibi proportione respondente. hoc nobis statutum sit, & de ratione corporis omnis speculandum.

*Qualitates non esse corpora, alioqui corpus corpori accidere.* Cap. II

H

C Vm talis uero de corpore intelligentia sit, & secundum hanc oratio diffinitiua, patet quæç esse fateri paratum, nisi litigiosus sit, non eandem rationem accipere, necq; intelligentiam, nechorum singula, id est spatiorum trium æqualem naturam habere, necq; eandem definitionem accipere, neque totum corpus dicere licet ipsam corporis longitudinem nisi per connexionem, sed corporis accidentis. similis uero in latitudine, altitudineç, & grauitate, & figura ratio est, & in reliquis, ut summatim dicam, qualitatibus accidentibusç, sed secundum aliquos, non sine corpore hæc esse necq; intelligi. quod si considerauerimus horam unam omnia facere, prolongare, & nihil aliud esse dicere, quam unum solum corpus, erit profecto absurdum. innumeræ enim sunt substantiarum naturæ secundum proprietatem, & qualitatum, accidentiumç, que inter se differunt, uariaç sunt, & contraria. in his igitur nullum alteri idem dicamus, ubi nobis sermo de differentia habetur. itemç, si figuræ corpori accidentem corpus dicemus, patet nos corpus corpori accidere dicturos, quod absurdum est. quod enim eorum substatiam magis, quodue accidentis dicemus: si uero unicum habemus intellectum corporis, ut corporis, qui figuram corpus dicit, aut uacuum intellectu nomen de accidente profert, aut uniuoce cum corpore nominat. utrūq; uero absurdum est

**A** est. etenim significat aliquid. quamobrem nomē est, & intellectum aliquem indicat à corpore diuersum, & si nō est à figura separabile corpus. similis in reliquis accidentibus ratio est, coloribus, saporibusq; & quæ ad olfactum attinēt, & quæ ad auditum, hæ uoces sunt, uerba, sibili, strido, es, popysmi, gemitus, crepitus, rhochasmi, bombi, soni, strepitus. Si uero quispiam dicat ipsa hæc, & quæ talia sunt, omnia esse quodam modo percussum aerem, huic illud Menandri obiectere fas est. Hæc oꝝ nequam perdidit id, quod non sine corpore tale aliquid intelligitur. quod ego quoq; conſiteor, nego tamē rem habentem, unam & eandem habitæ rei existimandum esse. neq; enim Cle-anthes tuberculum erat, cum hoc ei contigisset in morbo. neq; Chrysippus, itemq; Epicurus urinæ substillum, postquam contigit his ex hoc morbo uitā auerti. neq; igitur aeris percussio, aer est, sed & natura differt, & intellectu, & definitione, quid sit horum utrumq;, declarante. Quod uero diuersæ sint inter se, & à corpore figuræ, petam in p̄fensi testes ad hunc sermonem. Aliā geomētrę circulo ceterisq; figuris definitionem reddunt, aliam corpori, quarum rerum diuersæ rationes sunt, significationesq; longeq; magis animi conceptus. hæc omnia quo modo unum esse quis sa-pienter dicit: uel, si, quæ corpori accidunt, corpora dicemus, quorum alicui accidere dicemus? utrum hæc ex ihs sunt, quæ ab omnibus corpora nominari solent, cum omnibus his communica-tione, aut singillatim corporibus; utrumq; enim absurdum est, siue hæc corpoream substantiam habeant, siue dicantur corpori accidere. Si igit̄ corpora accidentia sunt, omnia entia corpora no-minaremus, non autem alia accidentia, alia corpora. si uero non corpora, sed aliqua alia, non igit̄ ipsum accidens corpus est. uel si, cū omnia hæc corpora sint, his ipsis, quod uere ab omnibus cor-pus uocari cōsuevit, accideret, id uero similiter dixeris, atq; illud audiuferis, si indiuisibile manere omnibus his accidere dicatur, non in æquales numeros diuisis. hoc enim nec aliquid temporis ſi-ne dubitatione mansit, ne minimum quidem.

*Corpora non posse accidentibus accidere, & absurdia, que hinc sequantur.* Cap. IIII

**C**ontra quidam existentibus rebus accidere dicunt. quod si quis hoc, ut absurdum, fugiēs, e-quali numero dicat uocatis accidentibus ( quæ & ipsa corpora uocat ) substantiā accidere, nescit ſe rerum naturā conceptumq; immutare, ſi corpora accidentia dicat: corpusq; accidentib. accidere, accidensq; corporibus corpus faciat. Quare & iure dubitare quempiam dico, & dicere oportere, ſiue æquali numero accidentibus diuifum ſit id, quod dici corpus ſolet, ſingulis horum proprium quoddam accidit, alia corporis pars, alij accidentis parti accidet. aut, ſi accidentia cor-pora ſunt, omne uero corpus in infinitum diuiditur, ſingula horum infinitorum corporum omni-bus alij accidentibus, cum hæc quoq; corporata ſint, accident. Considera, q; multa absurdā eueni-unt, corpus corpori accidet, idemq; cum unū putetur, infinitis: ſimulq; & totū & non totum. totū quidem, ſi uniuersa figura, rotunditasq; malī, quanta eſt, omnib. alij, quæ malo accidunt, accidat. non totum uero, ſi ex infinitis mēbris ſingula nō eadem ei ſunt, ex quo diſecta ſunt, uel ſi corpus malī corpus eſt, & figura, colorq; & odor, & gustuſ ſpectans ſapor, & unumquodq; horū in in-finitum ſcinditur per ſe, an nō ex infinitis malis cōpositum eſt, quorū unumquodq; & rotundum eſt non aliter, q; totum malum: ſiquidem eiusdem particeps eſt figura, pallidumq;, dulceq; uerbi cauſa aut auſterū, taleq; ad olfactū eſt. & rursus ſingulæ infinitæ partes malum eſt, ſi omnia hæc habent. ex infinitis igitur corporibus & potius malis cōpositum eſt, quod oculis malum eluſet. quæ res multis modis ridicula eſt. uerū ſanē & partiuſ unaquaq; rotunditatē non habens, nō eſt amplius malum, ſed pars malī, cum figura enim rotunda eſt malum. ſi uero unū malum ſolum eſt, ex unica corporeā ſubſtatiā, multis uero diuersis accidentib. conſtabit, an nō manifestum eſt nul-lum corpus eſſe: utrū horum ſingulum proprium locū obtinet, an omnia eundē: ſi propriū, patet neq; proprietatē qualitatē inter ſe habere mutuo cōmunicatam, neq; malū eſſe in rotundum formatū, neq; pallore coloratū, neq; ad gulfum ſe certo modo, aut ad olfactū habere. ſi uero ſimul omnia ſunt, & unū locū occupant, proprietatū confuſio eſt, ut in cōpositis miſtiſq; e plurib; & diuersis generib; medicamētis, in quib; proprietas qualitasq; uniuersiūſq; miſta materiæ syn-cera nō ſeruatur, ſed unum quoddam undiq; fit, non igitur ſyncera eſt ſingulorū cognitio gene-rum, huius rotundæ malī figuræ, coloris huius, & ſingulorū accidentiū ceterorū: itemq; magis, ni ſi appositæ inter ſe tangant hæ partes, ſed per totas totæ miſtae ſint, propria uniuersiūſq; qualitas perit, ſed neq; miſtionem licet hanc proprie dicere. quo modo enim, ſi per ſe proprietates aliquæ unitæ non ſunt, atq; detentæ, hæc miſta dicenda ſunt: ipsum uero infinitum intenditur orationis, ſi & longitudo corporis corpus eſt, ſi latitudo, & profunditas, ſimul enim infinitæ, inquam, erunt corporum infinitudines in breui loco ad ſenſum circuſcripto. itemq; multorum horum magisq; infinitorum corporum multitudiō.

*Si accidentia eſſent corpora, ſequeretur corpora corporibus ſubito cedere. & itē alia incōmoda multa.* CAP. IIII.

**A**nigitur ſempiterna, quandoq; ſubſtatiā primā qualitate carentē amplius dicēt, ex qua & mundum ipsum, & unamquāq; ſpeciē particularē factā eſſe dicunt: an ē tēpore quodam facta eſt, & omnia in idem conuenēt, ut ex cooperatione ſyncrimata, hoc eſt res cōpositæ, fiant: uerū hoc quoq; maxime absurdū eſſe dicimus, idemq; multis modis.. primū, quod non unius eſſe materiæ corpora uidentur. multe aut̄ infinitæq; differētē cōmuniſ ſubſtatiā ſunt, alia quidem fi-ſagogici:

gurorum specie infinitarum: alia uero coloris, huiusq; numeri secundum speciem: alia saporis gustatum spectantis, cuius rursus interminata differentia est: alia uero eius est, qui ad olfactum attinet, cum hic quoq; uarietatem plurimam habeat. infinitae igitur erunt in ipsis infinitudines & differentiae qualitatum corporatarum. una autem erat, quae facta est, quam super incertas scilicet partiri oportet. quanq; queq; necessitas est, ut corporeae fiat: ante uertutem sane corpus esse substantiamq; quedam facta, singulaq; corporum horum in infinitum si secentur, quo infinitudines infinitae concurrent, & quando: ipsum enim infinitum pertransiri non potest, & lumine corpus est, & albedo calor. omne uero corpus quantum est & quantum, & coaugescentem naturam in se habere uidemus: incandescentem a sole aqua cumulatior maior sit, ut maiori loco egeat. quo modo uero in angustum locum nec milij, uerbi gratia, corpus excedente, figuratio reliquorumq; accidentium singula conueniunt: simulq; spirare & ab aeterno, neq; mutari deberet in uniuersum neq; corrupti. ipsum enim aeternum immutabile est, quales sunt Deorum naturae. si uero hoc uerum est, quo modo aliquam transformabimus, uerbi gratia, ceram: quidq; fiet, si, cum quadrangula sit, rotundam eam efficiamus: an substantiae figura quadrangularis erat: si enim substantiae cerae ante erat, nunc rotunditas est, unde haec uenit: & qua causa inducta tum est: si per corpus, absurdum id est. corpus enim per corpus ire, cogitatione fugit. si quis renitentiam instituat, id proprium corporis est, ut de hoc ratio praecepit docet. si per uacuum, absurdum nihilominus est, tum quoniam nihil esse in mundo Stoici uacuum dicunt, tum etiam quia rotunditas est corpus, & reliqua habet accidentia, & figuram. quae & ipsa rursus ex altera corporata figura, fore, ut sit, patet, & illa ex altera, & hoc in infinitum. & si ex rotundis, quae in infinitum secant, figuris aggregatibus hoc uisui nostro rotundum factum constat, fabulam considera, quantaq; figmentum hoc infinita sequuntur. si non ex rotundis, quo modo ex his aliquid rotundum fit: ridiculum quoq; est, si dicas in figuris rotundas figuram rotundam diuidi, eo contra id teste adhibito, q; quadrangulum in quadrangula non diuiditur. quid uero in transfiguratione cerae dicent: utrum inter se cedunt una cum intellectu diuersorum corporum figurations: & quomodo non ridiculum tantum animatas & rationales substantias exire cedere possint inter se, ceu est constituto: magisq; infinitum etiam fit, quod dicitur, si porrigitur una cum cogitatione digitos & contrahimus. si enim non accidens est pugnus neq; porrectio, sed incorporea, infinitas simul figuratas figurations abscedere accedere possint dicere oportet. quod si duas solas esse dicas, nec numero aequales secundum porrectiones & contractiones, adhuc uarie infinitum est, quod dicitur, adhucq; magis infinitum, nisi contractionis porrectio possint figurations accedant, sed altera ex manu altera defluit. oportebat enim momento temporis ordinem dissolvi, inter se latenter ab hoc cedentes corporibus. Ad hoc uero dicet, si quidem communis causa sunt effectitia corpora, quoniam pacto acetum fiat: quo modo uero incoctione parat: quomodo abicit: unde uenient effectitia qualitatis aceti corpora: si uero una res cum uino erat, quo modo tunc uinum erat, & non acetum: signum quaedam ex utroq; tertia qualitas est, quae neq; uinum neq; acetum est, siue per mistionem temperatura est, siue per appositionem.

*Absurda pleraque circa primam materiam contingere, si detur qualitates esse corpora.* Cap. V

**A** Dea, quae absurdum dixi, nihilominus etiam dicere oportet substantiam esse e multis uarijsq; & differentiis, atq; contrariis infinitisq; aut solis non infinitis numero collationibus compositam, itemq; in infinitas rursus collationes diuisam, unam hanc quandam, quae cernitur, uerbi gratia, malum naturam, quam Stoici primam materiam primamq; substantiam dicunt, ex qua mundum, ac in eo rerum unamquamq; semper factam esse asserunt, quemadmodum qualitates corpus erant, quo non erat haec quoq; qualitas: siquidem qualitate habebat. si alias qualitates non habebat scilicet, omnino inesset pondus, quod corporis esse dicunt. quo modo simplicem etiam primam substantiam dicunt, non autem compositam: Si uero terminata esse dicunt, terminisq; utentibus, patet huic figuram esse. absurdum enim est propriis circumscriptum terminis corpus non secundum figuram omnino esse. & si non mente conciperetur hoc ipsum secundum suppositionem, quare si nouerunt hic omnia, haec uero sunt (ut dicunt hi) corpora neq; qualitatis expers scilicet, neq; simplex erat. uerum multorum & diuersorum corporum conuentus erat atq; collectio. sic uero nihil non mixtum erat secundum ipsis. si autem nihil horum habebat, primum quidem animo incomprehensibile, & preter nomen nihil est, si enim tale esse non oportet, nihil est: si quale, non autem dimensiones tres habere & figuram, omnino huic accidens proprium cogitationem fugit, neq; gravis hoc esse, neq; leue. non minus absurdum, si quispiam dicat hoc habere simul utrumq; & secundum eadem, non ad diuersa comparatum. neq; illa substantiam habete eorum, quae ab ipsa (ut inquit) facta sunt, cum singula quatuor qualitatem prima habeant. rationabilius enim est, si qualitatis expers erat, quae ex ea fiunt fingunturq; illam habere. si uero nec illa hanc haberent, neque unum secundum suppositionem sunt, aetherius uero ignis ille esset, a quo & elementa & mundum facta esse dicunt, quo modo haec se habent genita effectaque & facta, non magis auri qualitatem figuram hanc, quae eluto fingit, circumponet.

*Quae absurdum in ipsum iouem cadant, si accidentia corpora sint, ut uidelicet sit Proteo mutabilior.* Cap. VI

**M** Edicus igitur auctor unus de multis medicamentis aequaliter qualitatem omnibus habentibus diuersum medicamentum, per mistionem efficit. iouem autem negat

**A**gant miscere primæ substantiæ figurationem, longitudinem, aut aliud aliquid accidens, si uero miscet, cum entia quoq; ipsa sint, hæc æterna esse patet. quo modo etiam dicunt solam primam materiam æternam esse qualitatis expertem, non uero reliquas qualitates, omniaq; accidentia? neq; enim effectorem esse ueluti manualem artificem Iouem dicunt, sed totum per materiam totam illabentem rerum omnium creatorem factum. diuiniq; ignis quantitatem, & singula, que quantitatibus accidunt, longitudinem latitudinemq; & profunditatem, itemq; eius rationabilitatem, & beatitudinem, si substantias esse dicent, & corporeas eas fatebuntur, è corporibus Iouem constare patet, nec simplex esse, sed compositum. si uero sine substantia naturas ipsas in accidentibus dicent, confirmatur, quod à nobis dicitur, non corporam naturam accidentibus esse, neq; qualitatibus. si uero transformans se ipse Iuppiter æquali cum ijs numero, quæ dixi, accidentibus, mutationes infinitarum qualitatum subit, peior fabulis agitato Proteo est. hic enim in paucas naturas seipsum transponebat transformabatq; easq; non indecoras.

Iubati in primis formam capit ille leonis.

Postq; draco pardusq; fuit, sus deinde fit ingens.

Humida factus aqua est, atq; arbor frondibus alta.

**B** Ille autem, nihil tam turpe est, quod non fiat, per uirum quidem imprudentem, imprudens scilicet est: per sententiam autem de turpi, turpia efficiens: per animalia irrationabilia, in ferinam naturam uersus: per lapides & ligna, expers animæ factus: per foeda tractantem, abominabilis natura, itemq; inutilis. si ipse uero utpote materiam transformare figurareq; & facere querit, quo modo potest hæc ipsa facere non magis, quam fictor statuam auream è plumbo facere potest: illaç; amare contentiosis uiris non absurdum est. etenim, si motus, dum accedunt corporibus, rursusq; recedunt, corpora esse dicunt, iam, ut dicamus, hora est, moueri nos precedentibus corporibus, rursusq; ab ipsis quiescere. deinde, dum affectus accedunt, rursusq; recedunt, dicuntq; hæc corpora esse, quo modo non ridiculum est pruritum dicere corpus, nec solum quod scabit, sed etiam quod scabitus.

Quo errore ducti stoici dixerint accidentia corpora esse. Cap. VII.

**C** Ed, quoniam sine corpore & agente & paciente nullus affectus fit, eo capti sunt, ut & affectus ipsos corpora uocent. uerum si per modum nominandi per relationem sic nominarent, neq; ego in illos inueherer. noui enim sic quoq; uitem dici albam per relationem ad albos ab ipsa factos racemos, & mala tempora propter calamitates, quæ in his accidunt, & noctem auxiliū expertem, in qua auxilium non assequimur. si uero primum principaliterq; uocent, errant. rem em̄ figuratam corpus dicimus, affectamq; & motam, non autem figuram, affectumq; & motum, neq; pugnum esse corpus, sed manus quodam modo figuratas. itemq; facient aduersus eos, qui dicunt neq; facere corpora, sed sola incorporea? Quid ad Aristotelem? qui & ipse generalem rerum divisionem faciens, alias esse substantias dicit, alias accidentia.

Si accidentia corpora sunt, in uno corpore multa corpora fore. Cap. VIII.

**D** Vid ipsi quoq; sibi uolentes dicunt substantias & accidentia, si & hæc corpora dicunt, que, neq; ut partes corporis, corpora nominantur, ueluti manus digitusq;, neq; ueluti in talento mina? si quidem figuram hominis corpus dicunt, iam tempus est, ut animalitas corpus dicatur, generabileq; & corruptibile, rationabilitasq; atq; prudentia, Atheniensemq; esse, atq; in philosophia uersari, & Sophronisci filium esse, simumq; & caluū, & prominens habere abdomen, cæterisq; accidentibus paria numero si corpora dicas, ultra Briareum Typhonemq; ipsum, multiplicem magis magis corporatum esse animal dices. sic animalitas corpus est, quo modo cunctis animalibus accedit: quo mō ipsum esse? quo mō in loco esse? ac si, quemadmodū proprium locū occupat transparentis corpus omnis oculus, sic & accidentia singula, id absurdū est. sic em̄ horū admistio nulla aliqua ipsorum natura efficieſ, difficileq; est, ut dixi, si omnia locū unum occupare diccas. confusa. n. dū miscentur in uase, alteritatem nō seruarent, neq; suā unū quodq; naturam, ut in mistis medicamentis fieri dixi. utrum inquā totum animalitatis corpus tam multorum accidentium singulis accedit, an prout numero pari diuiditur? utrumq; em̄ absurdum esse præcedentia uerba demonstrarunt. Quid autem, inquam, egent corpore singula eorum, si ipsa esse corpora dicunt?

Corpus quomodo definiendum. Cap. IX.

**I**Nde uero accidentes nullū esse corpus disceres. oculis. n. occlusis corpus qdem tactu spatio tuis deprehēdimus, colorē uero aut saporē nō unā deprehēdimus neq; figurā, corpus tangentes. Oportebat aut singula hæc à materia nō tactus cōprehensione deprehēdi. neq; n. rōne, malī ( uerbi gratia ) rotunditas speculada est. Similis de sapore rō est. ac, si unūquodq; accidentes corpus est, quid fibi uolētes inquit solū corpus in infinitū diuidi, nō aut figurā, dulcedinēq; ( uerbi gratia ) & quæ reliqua sunt? non connexionis mō dico, neq; relationis ad id, quod corpus uocari solet, sed recti modo. Cur uero solius, ut dixi, corporis hanc esse definitionē dicūt, triplici cū renitētia spatio cōtentū, nō aut colorē, succumq; & saporē, cæteraque accidentia singula sic definiūt, si corpus omnia hæc esse dicūt? & si em̄ specie differunt, cōiter tñ omnia esse corpora dicunt. Quemadmodū igitur, cum hominē definitio, cū equū, & bouem generabile animal & mortale dicam, quæ cōia sunt,

proprietatem uero singulorum addam, sic quoque accidentia singula definientes, subst*atiam* corporatam dicant triplici contentam spatio cum renitentia: Hac à Stoicis chare Pindare solui dignum puta, non alios secum una trahere, ut ijsdem erroribus implicitos, sed accusationes demolientes, non enim est falsarum opinionum contradictione, ipsa communicatio ad amicos, sed solutio.



## GAL DE LIBRIS PROPRIIS LIBER, A

IOANNE FICHARDO FRANCOFORDIANO ALIAS LATINITATE  
DONATVS: NVNC VERO AD GRAECI FIDEM EXEMPLARIS emendatior redditus.

### PRO O E M I V M .

*Quid eum ad hanc scriptiōē impulerit: & de libris ei falso attributis. & de Indice suorum commutato.*



Vobis mihi de conscribendo librorum à me editorum commentariolo consiliū optime Basile dederas, re ipsa nuper, que cōmodum esset, comperī. Nam, cum forte in Sandalario ( ubi multa sunt Romana bibliopolia ) essemus, discipantes aliquos de libello quodā tum uēdito, meus ne esset ille, an alterius cuiusdam, ipsi uidimus: erat enim inscriptus, Galenus medicus. Emente igitur, tanque meum, aliquo, cōmotus noua eius inscriptione vir quidam literatus, cupiebat libelli argumentū cognoscere. Priores aut̄ duos uersus cum percurrisset, abiecit statim, hoc solū addens, hanc dictionem nō esse Galeni, & falso librum illum inscriptū fuisse. Is uero qui tum hæc dicebat, primas illas disciplinas, quibus Græcorum pueri ab initio apud grammaticos & rhetoras instituebantur, probe doctus erat. Verum plerique nostro huc seculo, qui medicinam aut philosophiam ambunt, ante, que recte legere et G possunt eos doctores frequentant, qui maxima illa pulcherrima que rerum humanarum theorema ta, quæ docet philosophia & medicina, profitentur. Et hæc que negligētia iam multis retro annis, me dum adolescentē incepserat, uerū eo nōdum euaserat tū temporis, neque tū, quantum nunc, inualuerat. Hanc igitur ob rem, & que libros meos multi multifariam lasserunt, tanque ipsorum proprios alijs in alijs gentibus legentes, quædam tum demendo, tum addendo, tum immutando, consultum mihi uisum est eam prius causam, quam propter illi hactenus corrupti sunt, & deinceps que mei re uera sint libri, & quæ cuiuscum materia, exponere. Primum igitur, quæ causa sit, que mea profuis non nulli agnoscant, ipse iam ante optime Basile nosti. Illa etenim cum non edendi gratia, uerum propter amicos aut discipulos, eorū, quæ à me audierat, aliquod cōmentariolum efflagitantes, scripta essent, absque titulis data sunt, qui uero post illorum obitum ea habuerunt, cū ipsis place rent, ut sua legerunt. Alijs, quibus nostra ab ijs, qui habebant, communicata essent, in patriam profecti moratique, titulos alius aliter fecerunt. postea omnibus tēporis spatio comprehensis multi eorum, qui ea iterum habuere, meum illis nomen inscriperunt, &, quoniam inueniebant cum ijs, quæ etiā apud alios extabant, exemplaribus discordare, ad me, quod ipse emendarem, miserunt. Cum igitur ea non ad editionem publicam, uerum eorum, à quibus rogabar, & captum, & usum à me scripta essent, par est in alijs productam, in alijs uero contractam interpretationem fuisse, ipsam præceptorum doctrinam aut perfectam esse aut mutilatam. Quapropter manifestum est in ijs, quæ prædictis scripta sunt, necque absolutam, necque exactam doctrinam contineri: quandoquidem illi, quibus ea destinabantur, necque rogabant, necque poterant exacte omnia percipere, ante, que habitum in necessarijs essent adepti. Eorum igitur, qui ante me fuerunt, quidam huiusmodi libros Subfigurationes inscriperunt: quemadmodum alijs Subformulas, alijs Introductoria, alijs Compendia, alijs denique Enarrationes inscriperunt. Ego uero, cum eos discipulis tantum darem, nihil istorum inscriperam. Quamobrem, cum ad plures deinceps compluresque peruenissent, alijs alium his titulum indidit. Eos igitur libros, qui corrigendi gratia mihi transmissi à quibusdam fuerant, uisum est Introducendis inscribere. Quare de ijs prius dicere instituam.

*De ijs commentarijs, qui Rome prima profectione scripti sunt. Cap. I.*

**E**go igitur omnium eorum commentariorum, quos quidem uel iuuēnibus hæc primū studia ingredientibus dicauerā, uel amicis quibusdam eos exigentibus dederā, nullum prorsus apud me exemplar retinueram. Postea uero, cum secundo Romanū uenisse, istis ad me, ut dixi, emendandi